





1
200. 7. 1. 836
EPIGRAMMATUM
JOANNIS
HEERMANNI,

EX ELYSIO
RAUTENATIS,

Noviter elaboratorum



EICOSIDYAS.



OLSNÆ SIL.
STYLO

Jani Bößmessenri
Typographico.

Anno M. DC. IIX.



27. 100.
7 836

6

VIRO ILLUSTRĪ
DN. JACOBO CHIMARRHÆO,
Prapósito Litomericensi, & S. Severini
Colonix, ibidemq; ad D. Gerionem, nec non Olomucij
ac Budissinx Canonico, Sac. Cæs. Majest.
Elemosinario majori, Comiti Pala-
tino, Eq. Aurat. &c.

Qui cupit omnigenas meritorū cernere messes:
Quas quoquo expta est tempore docta cohors.
Audiant & videat Te CHIMARRHÆE, Minerva
Phœnix, Pegasus robur & artha throni.
Tu Pindum sulcis, ut celum celifer Atlas:
Et quod Callirhoë spumet, id omne tuum est.
Quod vernent Vates: quod pullulet alma Poësis:
Quod fruticet gemmis laurea bacca, tuum est.
Hinc nos ceu firmā tibi, CHIMARRHÆE, catēnā
Obstringis, laudes laude sonare Tuas.
Si mihi, quam supplex hōc ambio carmine, Lau-
Miseris: aeterna Thespidos Autor eris. (rum
Intercessores pro me tres adspice vates:
Eliciat. Quartam Laurēā tripla tuam.
Vive diu Præses vatum! Te præside vates
Et vatum vivant numina! vive diu!

JOAN. HEERMANNUS.



AD

AD RUDOLPHUM II.
ROMANOR. IMPERATOREM
SEMPER-AUGUSTUM: GERMA-
NIÆ, HUNGARIÆ & BOHEMIÆ
REGEM, &c.

Tantis Apollo quem pater evehit
Laudū cothurnis undiq;? Cui parem
Nec Sol, nec ampl⁹ vidit Orbis:
Quemq; feret super astra Virtus.
Te, dico, CÆSAR Maxime Cæsarum,
RUDOLPHE: Regnum qui sine civico
Cruore Romanum gubernas?
Nostraq; pacificas theatra.
Hostile multo sanguine discutis?
Agēma: Turcas vincier edoces?
Potesse: defensasq; civeis?
Justiciæ clypeo triumphans?
O fausta fausti tempora sæculi,
Quæ sub gubernō, CÆSAR, agunt Tuo!
Mens fausta, quæ sub Te corol-
Laudis & Ingenij capeffit! (lam.

AD HENRICUM IV. REGEM
Gallorum & Navarra.

Si quis pro Regno, REX Dive, pericula passus:
Passus pro regno multa pericla Tuo es.
Tantā perge Tuos tutelā abscondere! Regem
Gallia non habuit, non habitura parem est.

* * *

DE

DE ELISABETHA ANGLIÆ
REGINÆ.

QUæ, REGINA, Tuos Virtutū musa nitores
Sat. canat? Euterpe & magnus Apollo neqt.
Quicquid erat. Meroæ Candæce, Semiramis orbis
Assyrio, Illyricis maxima Teuca viris:
Debora Judæis, Volscisq; Camilla, Joanna,
Gallis, & Scythicis quicquid erat. Thomyris:
Illud eras Herōa Tuus, REGINA, Britannis.
Ecce Tuas laudes mundus & æthra sonant!

AD JACOBUM I. MAGNÆ
BRITANNIÆ REGEM.

QUæ Regina Tuo, REX, Te præcesserat, alto
In Solio, celsi Numinis ara fuit.
Sed quem Te mundus, quem Te plaga celes hono-
An Tu regnandi dexteritate minor? (rat?
Absit. in Imperio valuit Regina, valere,
Quod potis è divis Femina diva choris.
Tu velut Heroum sapias Heros maxumus. Ausu
Mascula femineo vis generosa - magis.

AD SIGISMUNDUM POLO-
NORUM REGEM.

EXemplo, SIGEMUNDE, Tuo testaris, ab uno
Cuncta gubernâcli regna venire DEO.
Nimbi Te-circum ceciderunt! salvus in istis.
Intonuere Tibi fulmina! tutus oras.

Pro-

*Proclamas felix: mediis tranquill^o in undis.
Ipsa Tuum sceptrum sceptrâ lovêa juvant.*

AD CHRISTIANUM IV.
DANIÆ & NORVVEGIÆ
REGEM.

VIRTUS Avorum Semideum incluta;
Virtusq; juxtim propria propriis
Adôreis excelsior Te
Romulidum Solio potentum,
REX Magne, semper fecit amabilem:
Et astrici præfagia concill
Illheic Tibi magno favore
Adtribuissè aliquem videntur
Locum. Et quid istud mirificum? Jovi
Nostro, RUDOLPHUM què voco Casarem,
Semper tenaci consecratus
Sangvine & officio fuisti.

AD CHRISTIANUM II.

Electorem Saxonæ. (secundo

STEMmate Divorū CHRISTIANE SECUNDE
Progenite: Ensisera pompa præ-alta domus.
Virtus equiparat. Tua Jull-Cæsaris omnem
Virtutem: & celebri terminat astra melo.
Divitiæ Syllam, Tua Magnificentia adæquat
Augustum, & largo largior imbre pluit.

** 3

Saxo-

*Saxona RUTA vires Te STIRPE virente: quietē
Te Patre tranquillam Saxona terra videt.*

AD JOACHIMUM-FRIDERICUM ELECTOREM Brandeburgicum.

TU JOACHIM-FRIDERICICE *Tuā virtute, fideq;
Antiquā, fausti degis in arce Jovis.
Non curas, alij quid agant: Tua pergama curas:
Ævigenā sceptrum prosperitate geris.
Pax atq; Eugenie sub Te sibi basia figunt.
Felicem Sortem subditus omnis habet.*

AD JOANNEM SIGISMUNDUM
Marchionem Brandenburgensem,
futurum in Electoratu Brandenburgico
Successorem.

FORTÈ *suas pharetrata vocat. Dictynna Napæas:
Cornipedes Satyros insimul illa vocat.
His nemorum saltus passim irrequicta pererrat:
Et struit indomitis retia torta feris.
Ecce venis densa, JAN-SIGISMUNDE, cohorte
Cinctus, lustra subis, & juga montis adis.
Te sub valle vident Satyri, Nymphaq; tremiscunt!
Adfatur socios Delia virgo suos.
Cedite, ait: remeate, citos revocate Molossos:
Certius hic Heros bella movebit apris.*

AD

AD CHRISTIANUM-WILHELMUM, ARCHI-EPISCOPUM MAGDEBURGENSEM, GERMANIÆ primatem.

TU quoq; *Semideus CHRISTIANE-WILHELME;
Lustrasti illustri mēte roseta Dea. (Minerva
Ampla Tui dicunt Francfortei atria Pindi:
Clara Tubinga, simul Gallia tota refert.
Teutonibus quisnam esse queat prastantior Atlas?
Iubilar in cerebro cuncta Sophia Tuo!*

AD JOAN-GEORGIUM DUCEM
Saxoniae, Landgravium Thuringiae,
Marchionem Misniae.

ET *Tua cantarem praconia, JANE-GEORGI,
Debita: si clemens esset Apollo mihi.
Regis Idumæi sapientia, Caesaris aura,
Mitiior, & Fabij magnifici Genius,
Justus Arisiidis fulgor, fortissimus umbo
Fortis Alexandri, in Te sibi castra locant.
Hæc ego cantarem praconia fessus: at me
Liquit Apollo. Tuum cantitat. Orbis epos!*

AD JOANNEM GEORGIUM,
Marchionem Brandenburgensem,
Ducem Borussiae, Pomeraniae, Silesiae,
Wandaliae, Rugiae, &c.

ELYSII *tellus marchat, JANE-GEORGI
Elysis nova lux Te veniente micat.*

** 4

Nostræ

*Nostris incolumem laribus Te JOVA reserves:
Et det Tithoni luſtra beata Tibi.
Te ſceptrumq; Tuum Rhamnusia lata perennes:
Crefcat, ut auſpicio Patria noſtra Tuo.*

*AD AUGUSTUM, PRINCIPEM
Anhaltinum, Comitem Aſcaniæ,
Dominum Serveltæ & Bernburgi.*

*T**Ergeminis olim laudum cecinere cothurnis
Argivi, ſeptem Lumina clara Sophôn.
Hem miſeri! ſpectent Romana fulcra columna
Graij. ſpectabunt numina dia - magis.
ſpectent! hæc inter, Te Auguſte AUGUſTE vi-
Dicent Pierium in Te reſidere Deum. (debüt:
Quidqd apud veterü Heroas miramur, id omne
Pandóra in Genio fatür ineſſe Tuo.*

*AD CAROLUM, DUCEM IN
Sileſiâ Münſterbergensem & Ols-
nensem, Comitem Glacensem, Dominum
Berolſtadiensem, Sternbergensem
& Jaiſchvicenſem.*

*CAROLUS DUX MUNSTERBERGENSIS
ET OELSINENSIS.
ἐν ἀναρχαμματιομῶ:*

*LUX REGNOMICANS: SLESI DEUS:
TERRIS BENE NOTUS.*

*I**actitet Hannibalẽ gens Punica: laude Periclem,
Atq; Themistoclem terra Pelasga vehat.
Maëtites*

*Maëtitet elogio Marcellos, Casara, Brutos,
Scipiadas, Fabios, Dardana Roma, suos.
Heroem Te Slesia suum, Dux CAROLE, jactat:
Teq; Atlanta suum Slesia tota vocat.
Nã quod erant illis illi omnes: Tu unus id omne es
Nobis: ac humeris fers patria arva Tuus.
Ipse micans Regno Lux es: Slesis Deus ipse
Slesorum fecit Te DEUS esse Deum. (es:
Hinc Terris notus bene es Atlas Slesifer: oris
Totus in Eois notus & Occiduis.
O splendeſce diu! ô Atlas splendeſce! cluebis
Sic Deus ante homines: perpes & ante DEUM.*

*AD MAURICIUM, LANDGRAVIUM
Hassia, Comitem Cattimelibocorum, Zigen-
haini & Niddæ, &c.*

*Q**vosq; Tibi, PRINCERS, decet inservire Poetas:
Nempè Poëtarum maximus ipse cluis.
Audit in Aoniâ Phœbus tua carmina rupe:
Seq; Tuâ victum tradit ubiq; lyrâ.*

*AD JOAN-CHRISTIANUM,
Ducem Lygio-Bregensem.*

*S**ol geminis Slesis oritur! micat, alter ab aethrâ:
Alter ab Illuſtri fulgurat axe Poli.
Implet uterq; suo noſtros splendore penates:
Nobis in terris est ab utroq; ſalus.*

JAN-CHRISTIANE Ducum divum divina
Illustre Illustris mentis & entis epor. (Propago:
Adspicias celum! in celo Sol primus. & inde
Respice! Tu nobis Sol radiosus ades.
Non vis ulla potest Solem obscurare tenébris:
Quid? licet eclipsi Sol queat ille tegi:
Atamen haut ullo Tua fortis turbine quibit
Mutari virtus aequi-parata Dijs.
Ista citim adproperet lux! quâ Tu faustiter amplâ
Nos virtute regas, auxilioq; tegas.

HEINRICUS WENCESLAUS,
DUX OLSNENSIS ET COMES
GLACENSIS.

pér Anagr.

ECCE! SIS LUX VIRTUTIS: SEU
MAGNUS ACHILLES CONDENS
NOS ENSE.

HENRICE-WENCESLAE, Silesiæ
Dux magne: magni CAROLI amabile
Sangven: futuri Spes Achillis
Magna Silesidos in roseto.

Natura monstrat: vis Genij indicat:
Testatur omen, nominis in Tui
Sparsim figuris implicatum,
Viq; Lycóphroneâ explicatum:
Quod

Quod sis futurus Slesiadum inclitus
Heros, Achilles Slesiadum: & micans
Virtutis astrum: terror hostis:
Præsidium omnibus omne nobis.
Virtutis ó sis, sis niteasq; lux
Perenniclaræ! magnus & arduo
Sis ense Achilles nos recódens,
Nos miseros miserè relictos!
Sic herclè fiet: quisquis ut inquit:
Illustris hic est sangvinis inclutus
Heros: Hic est dignus seniles
Vincere Mathusalæ capillos.

GEORGIUS RUDOLPHUS, DUX IN
SILESIA LYGNICENSIS AC
BREGENSIS.

ἀναγρᾶμα τὸ ἕρμενος.

SURGIS AB INGENIO DIVINO:
CRESCIS GIGAS: SLESIS
POLLUX RENÍDES.

Dux Magne, illustri qui lux splendescis ab ortu:
Præradians radijs cetera signa Tuis.
Quod fuit Andromaches, sublimis gloria, Teucris:
Pollux incerta quod solet esse rati.
Spes eadem nobis ex Te certissima manat:
Quâ monstrat sparsis hoc metagramma notis.
Surgis

Surgis ab ingenio divino *celsus* : & *amplus*
Marte Gigas crescis, crescis & arte Gigas,
Slesis in tenebris lux fulges clara ; renides
Pollux, si dubiâ forte Silesia tremit.

CAROLUS FRIEDERICUS
DUX OELSNENSIS ET CO-
MES GLACENSIS.

per Anagrammatismum.

DUX A DEO LUCESCE ! FIES
SLESIS COR, MENS, SOL,
AC TURRIS INGENS.

Deme homini mentem ! demta est. Cor tollito!
factum est.

Sol obeat mundo paullulum ! & hic obijt.

Perfugij turrem Misero aufer ! factu. age dic jam,
Quid mundus ? quid homo ? quid miser iste fiet ?
Demt à homini mente, est homo nō-homo, sed fera
vera est :

Corde homini extracto flebile funus erit :

Sole sine, est mundus tenebrarum carcer : & absq̃
Perfugio miser est exsulicâ exsul humo.

Hac mala Nos quaterent : nisi Tu sol ortus adesses
CAROLE-FRIDRICE, ô s̃x generosa Ducum.

Næ Slesis fies Sol, Cor, mens, turris & in-
Et Slesis id, quod Slesia cooptat, eris. (gens

A sum-

A summo lucefce DEO Dux ! sparge vireto
Slesiaco radios Sol ô amone Tuos !

AD ADAMUM - WENCESLAUM
Ducem Teschinij & magnæ -
Glogoviæ.

Sunt quoq̃ Silesis, qui mentem Agamemnonis
Sunt, puto, belligeris amula corda deis. (æquât:

Bellica Te rutilis Tua virtus intulit astris :

PRINCERS martigenas vincere promte Duces.

Turca tremit : Tua si cernit vestigia : lethum

Te viso præ oculis semi-sepultus habet.

Teutonicum Te Teutonicus proclamaz. Achillem:

Quo sine vix poterant hostica castra capi.

AD JOANNEM ADOLPHUM,
Episcopum Lubecensem, Heredem
Norvegiæ, Ducem Slesvicensem, Holfatiæ,
Stormariæ & Dithmarsæ, &c.

Inlustres inter soles inlustris ADOLPHE,
Quàm Tua sublimi pectore regna regas,

Hesper & Eous loquitur. Tu Patrù adinstar,
Non Tibi, sed patria consulis, æqua facis.

Parcis subjectis, veneranda stabra quietis
Subjicibus, Musis otia sancta creas.

Hæc Tua Manaliam penetrant heroica Thulen
Facta. quid ? ad Divos hac licet ire viâ.

Pagella-

Pagellarum capedini

sequentia erant addenda Gratu-
latoria.

VIRO-JUVENI

Doctrinâ & Virtute ornatissimo;

DN. JOANNI HEERMANNO

Poëtæ mellitissimo.

Euge! CHIMARRHÆI Comitæ Parnassia Lau-
germinat, & sero frödet honora novo. (rus

Cui verò Vati fertum tam svaue virescit,

Qui Clarium silijt, post sitictq; vadum?

Dispercam! si non hoc tanto munere dignus

HERMANNUS genio prosper & ingenio.

Sic censet Candor: sic se probat. ipse Camenis,

Quas colit, & limâ perpolit artificii.

Gnava CHIMARRHÆI reliqvü censura probabit:

Addet epos Laurus, atq; ad opus stimulum.

CASPAR CUNRADUS

Phil. & Med. D. ac P. L.

Cultissimo â Pietate,

Eruditione, Virtute juveni, Dn. Joanni

Heermanno, Poëtæ jucundissimo.

JUCUNDE Pindi floscule Slesici,

Felix venustæ barbitos æmule

HERMANNE mi; cultissimorum

Prome suävis opusculorum.

Ma-

Matu rioris nunquid acuminis?

Censu sagaci; tempora porrigis?

Ornanda sero Apollinari,

Vt novus indigetere Vates?

Audi Poëta. Lauream habe, GenI

Solertioris nobile pramium.

"Æquissimum, sic astimari

"Aonii pugiles theatri!

Et quis CHIMARRHÆI malè calculum

Incesset absentis? Melicam byblum.

Non evolare censeamus

Quaslibet, Elysiis, ad oras?

HEERMANE gaude. primitias bonæ

Has indolis, diplomate publico

Fidenter ambi: major ævo

Réstat honos tibi adultiore.

Turpem remotis desidiâ plagis

Proscribe: sveltis tange chelyn modis:

DEUMq; , Cæsarem, bonosq;

Ellogiis venerare justis.

Penëiaq; hâc fronde corollulæ

Mortalitatis carceribus vagis,

Durantis ad seros triumphos

Exstimulare perennitatis.

JOAN. TIMÆUS SIL. P. L.

Melissæus, Ecclesiastes

Fraustad. ad P. C.

Mat-

MATTHÆI ZUBERI BAVARI,

Pœtæ Laureati Melissæi,

Epigramma συγκατακρη

Ad

POLITISSIMÆ LITERATURÆ, INGENIIO,

felicissimi Juvenem, Dn. Joannem

Heermannum, Rutæ-SIL. Musarum

& Eloquentiæ Pullum.

ID verd exsultim facio, formidinis expers,

Quâ commendator re sibi sæpè nocet:

Incauto incutiunt mala quando aliena pudorem:

Quâ multi peccant simplicitate boni.

Tu te cõmendas HEERMANNE, venustiùs ipsum:

Invidus invitus cogitur ista loqui.

Si tamen & nostri suffragia nominis optas:

Accipe me LAURUM judice CÆSAREAM.


Ecce manū! ecce HEERMANNE fidē! tua patria Ru-

Infer in hanc RUTAM laurea ferta tuã. (TA est:

Inde tuæ vibra famæ sublimiùs alas:

His aquilas vici: tu quoq; vince tuis.

☞(†)☞



Konserw. i oprawę

wyk. K. Opala

/199 /



